


Soc. Jesu.
[Zamo]sc[ensis] Collegii Soc. Jesu: Impensa literis
diligentia suffragium ad honores, in Si-
nensis Reguli filio olim collata.
1717 d. 4 Febr.
Autor A. S. Soc. Jesu

Podr.
N. 443



IMPENSA LITERIS DILIGENTIA

SVFFRAGIVM AD HONORES.

In Sinensis Reguli Filio olim collata

Et à Perillustri, & Nobili Iuventute Classis Mediæ & Infimæ

In Collegio SAMBORIENSI SOC: IESU.

In Scenam

PROPOSITA

Anno Æternæ Coronatæ in Carne Sapientiæ.

1717. Die 9 Febr:

HISTORIA

Censius Sinensis Regulus, iam senex, Pelvo majore natu Filio excluso, Usio-u m minorem, successorem Regni declarat, eô, quòd hic tradita à Patre optima præcepta memoriæ mandaverit, ille & librum amiserit, & nihil didicerit. *Pater Martinus Martinius 1ma: deca Historiæ Sinensi.*

ANTIPROLOGVS

Orbem Concordia aureo torque ligat: Mars dissecat, & ad prælia, litesq; tympana pulsando, orbi inclusa excitat. Ad cujus pulsum, Asia, arma arripit

PROLOGVS

ACTVS PRIMVS

Scena 1ma Rex ætate iam gravis, quem ex duobus filiis successorem Regni destinaturus sit cum Dynastis maturè deliberat:

Scena 2da. Legati ab aula ad supremum Astronomiæ Præfectum mittunt ut ille certiora ex aspectu siderum intelligat.

Scena 3tia. Legati absolutâ legatione. Regi mentem Astrologorum explicat. Cœlô sapiētiori Filio, coronā promittēdo. Ubi Pater occultò consiliô libros insignibus doctrinis refertos; utriq; Filiorū ad ediscendum tradit & commendat.

R. P. in Christo Patri Carolo Sawicki Soc: Iesu: Dignissimo ac Estimatissimo hac in Provincia, Patri, indignissimus auth[illegible]

Scena 4ta Pallas novis assectis ocurrit: Politiam ad Marem illos trahentem refutat: arma scientiis feliciter conjungi in Cæsare Alexãdro Archimede ostendens.

Scena 5ta Genius Gentis Sinensis Imperatorum eruditione insignis seriem enumerat: Exemplis excitatos Principes ad Palladis Athenæũm deducit, quos lectioni intentos, Mars Bellico fragore, Licentia Musico concentu, Bacchicꝫ orgijs, evocare conatur.

ACTVS SECVNDVS

Scena 1ma PAllas flexibiles animos allicere volens, sua etiam arma præsentat. Sed Pelvus jam sedulitatis pertæsus librum abijcit venatione, saltu framearum, & Funambulodij distrahit.

Scena 2da Pallas sic tripudianti librum iterum intrudit: Fortunam hic omnem latere monet. Pelvus verò falsa vaticinia irridens, magiam cum divinationum libris arcanisꝗ, Characteribus adesse jubet: sed â Pallade in Paterno libro certiora Regni præsagia cõtineri docetur.

Scena 3tia. Turbatâ cogitatione ad Fratrem redit, laborem veluti inutilem disvadet, sonitu tubarum distrahit: Ambo interim ad Regem vocantur, examinantur. Pelvus ob summum eruditionis neglectum hæreditate proscribitur. Minor Filius Successor Regni, diligentiæ Suffragiô, promulgatur. Cui Pallas applaudit cantu.

Scena 4ta PElvus: injuriæ impatiens stimulantê injuriâ cum herojbus conspirat cum quibus Fratrem Minorem invadit â quo Ignominiosissimè victus desperat.

Scena 5ta. PElvus inter desperationes Palladem, & Fortunam ad Deorum-Tribunal citat: nativum jus ereptum sibi incusans: contra quem Dii deciderunt, Qui magis, ac magis desperans vivens Ætnæ sese injicit.

EPILOGVS

Ad M. D. G. B. V. M.

C. S. S. K.